



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.26. Papa Epistolas mittit in Germaniam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66255

eum velut inveteratis criminibus indura- Sæcul. XIII.
 tum hominem exhortatur, ut gravissi- A.C. 1251.
 mam Ecclesiæ totius ostensionem com-
 penset; ut noxarum pœnitentiam agat;
 ut earum fordes eluat cæteros ad bonas
 partes reducendo; ut se Archiepiscopo
 Bariensi jungat hanc ob causam in Re-
 gnum misso. Is erat Marinus Filange- Ughell. to.7.
 rius, qui post Andream Berardi successo- p. 885.
 rem ad sedem Bariensem electus fuerat,
 & qui hoc anno 1251 Pontificatus sui tri-
 gesimo tertio extremum vitæ diem mor-
 te confecit.

§. XXVI.

Papa epistolas mittit in Germaniam.

Eodem tempore Papa Germanos ab o-
 bedientia Conrado II. præstanta aver-
 tere conabatur. Hoc fine Jacobum Pan- VIII. ep. 21.
 taleonem Archidiaconum Leodiensem ap. Rayn. n.7
 jussit cum Theodorico Equitum Borussiæ
 Magistro Germanicæ linguæ gnaro Im-
 perii Duces, Principesque limitibus tuen-
 dis præfectos seu Marchiones, & Comi-
 tes adire, eoque adducere, ut Ecclesiæ
 mandata facerent, atque in clientelam
 Guilielmi Batavi se conferrent. Scribe-
 bat 18 Febr. Etiam Fratri cuidam Præ-
 dicatori injunxit, ut adversus Conradum
 expeditionem sacram ediceret cum pœ-

n. II.

E 2 narum

Sæcul. XIII. narum condonatione eadem, quæ Terram
A.C. 1251. sanctam potentibus facta esset, & cum
 indulgentia quadraginta dierum pro iis,
 qui concionibus ipsius assisterent. Et
 quia Suevia vetus Conradi patrimonium
 erat, hujus regionis populo scripsit in hanc
 sententiam: Scitote, Friderici prosapiam,
 cum nobis merito sit suspecta de imitan-
 da patris sui perfidia, & avorum suorum
 tyrannide, ex consensu Apostolicæ Sedis
 nunquam Imperium vel principatum Sue-
 viæ obtenturam esse.

a. 9.

*Alb. Stad.
Mat. Par.
p. 698.*

*Sup. lib. 82.
§. 36. §. 52.*

Denique Papa ad Guilielmum Bataviæ Comitem litteras dedit, quibus eum
 animabat ad persequenda jura ipsius, nec
 audiendas propositiones contrarias; Co-
 mitisque vires aucturus procurabat ejus
 conjugium cum filia Ottonis Ducis
 Brunsvicensis. Revera Guilielmo maxi-
 me necessarium erat fulcrum. Imperio
 temere accepto, in comitatum Bataviæ,
 quem ipsum fratri suo cesserat, se recipi-
 re, atque alienis vivere sumptibus coge-
 batur. Sed & partes ejus cunctis Papæ
 conatibus irritis magis magisque in con-
 temptum per Imperium totum veniebant.
 Primum Papa in Romanorum Regem e-
 ligi curaverat Provincialem Thuringiæ
 Comitem, cui post probrosam suorum
 cladem mœror vitam abstulit. Comes
 Geldriæ, Dux Brabantiaæ, & Comes Cor-
 nubiæ hanc dignitatem renuerunt. De-
 dum

mum eam Papa Haquino Norvegiæ Re- Sæcul. XIII.
gi obtulit, quem hoc fine in Regem inau- A.C 1251.
gurari jussérat. At hic Princeps se sem-
per hostes Ecclesiæ, sed non omnes Pa-
pæ inimicos impugnaturum publice de-
claravit. Sic ad me ipsum dixit, ait
Matthæus Paris, & quidem gravi cum
juramento.

§. XXVII.

*Christiano Archiepiscopo Moguntino
suum abrogatur munus.*

Sifridus seu Sigefridus Archiepiscopus
Moguntinus ab hominibus demigra-
verat 9 Martii an. 1249. Quidam scri-
ptor coævus eum laudat tanquam bella-
torem egregium, addens, eum nec spiri-
tuales functiones suas, nec profanæ di-
tionis suæ curam neglexisse. Post ejus *Ap. Serrav.*
obitum Canonici Moguntini postulave- *p. 839. 840.*
runt Conradum Archiepiscopum Colo-
niensem: sed Papa consentire noluit. I-
gitur Christianum Ecclesiæ Moguntinæ
Præpositum elegerunt, a teneris ungu-
culis Moguntiæ educatum. Legato, qui
aderat, electionem ratam habente, die
S. Petro sacra 29 Junii an. 1249 a Rege
Guilielmo confirmatus in jure tempora-
lium, eodemque anno consecratus Pal-
lium obtinuit. Omnes frugi homines
eum sic promotum esse gaudebant, pa-

E 3 cem